Quelle: http://manuscripta.at/?ID=387
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Vnde si erisset causa ut eligeret xpianus thurificare ydolis
ne consentiret stupro. quod persecutor ei nisi faceret mina
bat. recte uident querere cur non etiam mentiret. ut tan
tam illa turpitudinem deuitaret. Ipsam enim consensionem
quasi se stuprum pati malle quam thurificare ydolis. n passio
ne dicunt esse. s; factum. quod ne faceret. elegit turificare. Qn
to g mendacium peluius elegisset. si mendacio poss; a se
corpore tam immane flagitium remouere. Inqua proposito
ista sunt que non in merito queri possunt. utrum talis consen
sio pro facto habenda sit. an utrum consensio dicenda sit. que
non habet approbationem. aut utrum approbatio sit cum dicit. ex
pedit hoc potius quam illud facere. et utrum ille recte fecerit
thurificare quam stuprum pati. et utrum mentiendum esset potius
si ea condicio daret. quam turificandum. S; si talis consensio
pro facto habenda est. homicide sunt etiam qui occidi maluerunt
quam falsum testimonium dicere. et qd est homicidium gra
uius in se ipsos. Quo enim pacto non dicat quod ipsi se occi
dere. quia hoc elegerunt in se fieri. ne facerent quod coge
bant. aut si grauius putat alium occidere quam se ipsum. quid
si hec condicio martyri proponeret. ut si nolle de xpo falsum
testimonium dicere atq; immolare demonib? ante oculos
ipsius. alio non quilibet homo s; pater eo occideret. rogans
etiam filium ne id perseuerantia sua fieri permitteret. nne mani
festum est. illo in testimonii fidelissimi sententia permanente.
solos homicidas futuros fuisse qui patrem eius occiderent
nisi illum etiam parricidam. Sicut g huius tanti sceleris par
ticeps iste nisi esset. cum elegisse patrem suum potius a aliis
interfici etiam sacrilegum cuius anima raperet ad penas. quam
fidem suam falso testimonio uiolaret. sic talis consens?
ille nisi eum faceret tanti flagitii participem si male facere
ipse nolle. quicq alii propterea fecissent. quia ipse nisi facet

Contra:
.i.
.ii.
.iii.
.iiii.

Si aliqs eligit pati aliqd ne faciat aliud. talis cõsensio nõ est pro facto hnda